

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-234931-p0002-2

DFG

DE
**PROFESSORE PROFESSORVM
 IN ACADEMIA VITEMBERGENSI**

BREVIS EPISTOLA

QVA

V I R O

SVMME VENERABILI, AMPLISSIMO, GRAVISSIMO
 EXCELLENTISSIMOQUE DÓMINO

**D O M I N O
 C A R O L O
 G O T T L O B
 H O F M A N N O**

S. TH. DOCTORI, ET ECCLESIASTAE APVD LIPSIENSES
 CELEBERRIMO PRAESTANTISSIMOQUE
 DE PROFESSIONE ORDINARIA IN FACVLTATE
 ACADEMIAE VITEMBERGENSIS THEOLOGICA ET EPHORIA
 ALVMNORVM REGIO - ELECTORALIVM
 SECUNDA CLEMENTISSIME

NUPER DATA

SVBMISSÆ GRATVLA TVR

BENIAMINVS BILERVS

ECCL. SVINIZENS. PAST. ET EPHOR. IESN. ADVUNCT.

EX OFFICINA SCHEFFLERIANA.

PROFESSORI PROFESSIONUM
VACANCIAE AUTEM REGULARIAE

BREVIS HISTORIA

VIRG

SUMMÆ VENDETTÆ TITANÆ GRASSIMO
EXCELSITATIBUS PONENDO

DONINO

CAROLIO

GOTTLIEB

HOFMANNIO

ET DECIMATRIBUS ANNO RERUM
CITERRA THERAPY CAPITATE
DE PROVISIONE DEDICATA
ADQVISITIONE ET CONSERVATIONE
MATERIALIA INSTRUMENTA
CIVILIA ET MILITARIA

GLORIOSA MUNIMENTA

SVMME REVERENDE,
AMPLISSIME, GRAVISSIME,
EXCELLENTISSIMEQVE
V I R,
CELEBERRIME
DOMINE DOCTOR,
AESTVMATISSIME
FAVTOR.



onheri demum, aut nudius tertius, sed
iam dudum, illam, inter nos, contra-
ximus amicitiam, quae, sub diuinis
auspiciis, non tantum, bene durat,
uerum et indies noua capit incre-
menta, utriusque pectora mirum in
modum oblectans atque reficiens.
Vt enim uitam, incultam et desertam
ab amicis, non posse esse iucundam, e societate humana pro-
be intelligimus, ita et, aliqua prius ex parte, moribus
utrinque

urinque, per litteras exploratis, amabilissimum amicitiae nodum, qui singulariter delectat, eo firmius paullatim connectere coepimus, quod clarius iam patescit, et benevolentiam Tuam multum mihi prodesse, et amorem meum haud male locatum. Deo igitur, TE proprius ad nos, ducente, *Rege nostro Clementissimo*, Vitembergam TE uocante, TEque praestantiam fortunis praecipue consequente, ita sane super hoc TVO honoris culmine fastigioque pie admodum gaudeo, uehementerque laetor, ut uerbis id exprimere uix possim. Et, ne TIBI, qui de me iam dudum egregie es meritus, ingratum me praebeam, in praeſentia, coram omnibus, quotquothanc Epistolam inspicere non grauabuntur, aperte declarabo, quanti TE faciam, quantoque gaudio id me perfundat, quod *Numen Supremum* TIBI in Ecclesia tam insigniter prospexerit TEque bonum ac eminens signum, in illa constituere, uoluerit. Sicut enim nullum officium est magis necessarium, gratia referenda. Ita et pro eo, quo TIBI obstringor, officio, peculiare quoddam elegi argumentum, quo TIBI de *Professione illa, in Facultate Academiae Vitembergensis, ordinaria et luculenta, commode gratulari queam.* Patere igitur, *Vir Summe Reuerende*, ut animi mei sensa, sine ulteriori ambage exprimere debeam. Incidi nuper in cuiusdam mei, quondam Praeceptoris, *Professores inter Vitembergenses cum facile Principis, optimi fidelissimiique, Collegium illud, quo Historiam Controversiarum exposuit, eiusque in discursu, quem uocant, adiecto, uerba sequentia conspexi: Walther war ein Professor Professorum, den ich niemahls gnug admiriren kan. Ich wolte nicht tausend Thaler nehmen, daß ich seine Collegia nicht gehöret hätte, diese waren alle Goldes werth. Quam uere, uir bicce bearus, inter coelites iam triumphans,*
 dixe-

dixerit, in sequentibus ostendam pluribus. Consueverat ille quidem, suis in praelectionibus academicis, latino maxime sermone uti, facundia quippe miranda praeditus, flumineque dicendi agros animi rigans, fonteque plane igneo coruscans, flagransque docendi ardore. At uero, ubi Historiam proponebat, uel in campum uitarum et exemplorum excurrebat, ueraculam quoque linguam interdum adhibendo, planissimis exponebat uerbis, quae obseruanda erant et addiscenda. Hinc de *Germano* hoc *Theologo*, teutonice loquebatur, et eo quidem candore, qui pium Dei uirum probumque discipulum decebat. Cur uero eundem *Professorem Professorum* appellebat, eius rei causas sihi habere uisus est non contempnendas. Indicabo illas, ubi potero, nihil fingens animo, sed omnia ad lanceam ueritatis expendens, testimoniisque necessariis confirmans. Pauca saltem, prius, de *Theologi* huius, uere *Magni*, uita inspergam. Ortus est *VValtherus noster* (uidelicet iunior; idem cum Seniore Patre nomen atque cognomen ferens, hic enim hic respicitur,) Aurico, Frisiae orientalis Metropoli, perquam celebri, (quam Eruditissimus ac uenerabilis *Bertramus*, hodieque egregie ornat, et cui optima quaerque appreco,) et quidem Anno 1638. tertio die Mensis Martii. Parentibus usus est diligentibus indulgentibusque, et tum, ut erant, tempora nostris meliora felicioraque, ditionibus, in primis literas ac mores pie admodum amantibus. Quare factum, ut generator uerbi diuini, puriorisque Theologiae per quam studiosus, litteris ac scriptis, insigniter clarus et eminenter inclutus, filium hunc suum omnibus quibus erat opus, quibusque puerilis aetas impertiri debet, doctrinis, et ipse erudiret, et aliis, praeclara eruditione atque doctrina ornatis uiris ac praceptoribus instituendum traderet. Erat etiam, (quod praeterea obseruandum,) in

A 3

puero

sup.

puero, praeter docilitatem ingenii, egregia suauitas oris ac uocis, ut non solum celeriter arriperet, quae tradebantur, sed etiam excellenter pronunciaret, qua ex re, in pueritia iam, nobilis inter aequales ferebatur, clariusque lexplendescebat, quam uel cognati et praeceptores putarent, uel generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. Incitabat omnes studio suo, multosque, qui eius consuetudine se haud leuiter oblectabant, sibi conciliabat. Cum annum compleuissest quinadenum, missus est, in Academiam Helmaestadiensem, quae ipsi occasionem praebuit, in singularem eruditionis campum excurrendi, praecipuumque scientiae, cum Philosophicae, tum Theologicae Thesaurum sibi comparandi. Tribus vero annis post, Parens optimus domum eum uocabat, et, accersitis scholae Patriae praeceptoribus iniunxit, ut eum de progressibus, in studio factis, examinarent, suoque iudicio ac momento, rem ponderarent. Sed, ille, hisce, (quamuis haud leviter docti erant,) spretis, plane siluit, ac tristiori ideo Parenti respondit: *Aduoca viros quoque eruditissimos, cum hisce ego periculum facturus, instituam sermones super quacunque re uelis.* Hisce uero, utpote scholasticis tantum praeceptoribus, quibus nuncium misi, amplius respondere non possum. Refero haec ex Viri Celeberrimi olim ac grauissimi ore, semper genuino atque cordato. His rebus gestis, Vitembergam concessit, eiusdemque Academiae Albo, nomen suum libere dedit atque inscriptit, ad res suas componendas considerandasque diligentiam non leuem adhibitus. Sicut igitur ad magna rectis studiis contendebat, magnam in Philosophia ac Theologia operam curamque, de nouo, ponens. Ita quoque siebat, ut (cum, quae in eo industria atque doctrina comparebat, in aliorum quoque oculos mentesque incurreret,) Doctoribus Academicis et litterarum amatoribus sese probaret, ac breui, magis magisque

que celebritatem, et nominis, et hominum sermonis consequetur. Nam fere omnium beneficiis ac benevolentissimis usus, ad altiores, semper, gradus ascendit, et mox *Magister* creatus, mox *Adjunctus* denominatus, mox etiam *Mathematum* superiorum *Professor* declaratus et constitutus est, usque dum Anno, tandem, 1687. ordinariam, in Facultate Theologica, Professionem obtinuit, atque de singulis, quae gessit muneribus, optime meruit. Celebrissimus ille Polyhistor, *Seburrus*, *fleischius*, (cuius fama atque celebritas inter eruditos peraque immortalis est,) ubi de ultima eius promotione, ad non neminem uult scribere, in haec erumpit uerba: *Walterus in locum Mayeri surrogatus, non leviter et cursim, sed serio, rem agit, et uere Theologum proficitur.* Conf. Epistol. Arcan. p. 553. Id saltem alibi dolet, quod Vir iste exercitissimus, atque Theologus, ad stuporem plane doctus, tam sero ad *Cathedram Theologicam* admotus fuerit. Sed, ne sic quidem officio suo deesse coepit, quin potius, tanto cum studio, tantoque cum successu, *scholas Theologicas* aperuit, ut studiosi, non tam aedes eius intrare, quam potius coaceruatum ad illas confluere sint uisi. Fateor sane, quod, quories aliquis, auditorum in scripto quodam, *Nominis Walteriani* facit mentionem, toties omnes fere laudes in dona eius effundere videatur, etiam, cum paucis saltem uerbis mentionem eius faciat. Exemplo sit *Beatus D. Weickbmannus*, Theologus ille cordatissimus, quem satis laudare aequa non possum. Hic sane, omni occasione, quanti fecerit *Walterum*, pie declarat, ac se huius *Theologi* donorumque eius, admiratione summa ductum, Lipsia *Vitembergam*, contulisse, ingenue fatetur. Quapropter etiam filius eius, natu minimus, (cui Deus ex alto benedicat!) in oratione funebri idem, de piissimo parente profert referique: *uentitabat* (inquit,) *ad Michaelm Walterum, cuius grauitate, rerum*

rum diuinarum humanarumque intelligentia, iudicio, eloquen-
tia, sic capiebatur, ut eius potissimum opera erudiri uellet. *Huic*
igitur, se, praeter caeteros dedebat, hoc mystagogi, in adyta disci-
plinae sacrae penetrabat. *Oprati fructum consecutus, eum qui-*
dem uirum, neque nimium ualde, neque nimium saepe laudari
posse, saepius fatebatur. *Haec ille uerissime, rectissimeque.*
Et hanc uiam esse, qua itur ad responcionem, quaestionis, de
Professoris Professorum Tirulo, (qua ratione Walthero tribu-
*tus sit) dandam, haud difficulter uidebis, *VIR CELEBERRIME.*
Quapropter in ista denominationis causa indicanda paulu-
lum uersaturus, fateri debeo, quod hic nihil meritis homini-
num autoritatibus, nihil quoque nudis animi coniecturis,
nedum immodicis benevolentiae amorisque inordinati ge-
neribus adscribatur. *Amor quidem cum ueritate miscetur,*
et candor fidelitatis dona praeceptoris admiratur. *Sed non*
nisi ad fontes respicitur, e quibus encomia hinc Theologo
insigni acrimonia iudicij praedito et omne laudum de-
cus complexo, tributa emanarunt. Non iam urgebo
illos Titulos, quibus nonnulli, Religionis Romanae ho-
*diernae Socii, Caput suum, quod adorant, *Dominum Do-**
*minantium, Regem Regum, ac *Episcopum Episcoporum* app-*
pellant. *Non enim est e re mea, in praesentia, in-*
quirere, quo iure, quoue fundamento id fieri, uel non
fieri possit. *Edifferat istos Cl. *Saldenus* in otii, p. 43.*
*Cl. *Dannbauer*, in *Hodom. Sp. P. pr. I. p. 619.* et Cl. *Vrfinus**
*cum in *Histor. p. 104.* tum in *Scrupulis p. 90.* Nec hoc*
loco, commemorabo illa nomina, quibus Erudit, Viros
quosdam Dei praecipios, ob dona meritaque singularia,
*insignire sustinuerunt. Sic enim *PAVLVM, Patrem Pa-**
*trum, (Confer D. *Bebelti Antiquit. Secul. II. p. 220.* et addre*
*D. *Dorshei Scrupul. p. 439*) et *Doctorum Apostolorum;* (uide*
*D. *Quenstedti Disput. de Paulina Petri incrépation. §. 3.**
*elenct.**

elenct.) Sic LUTHERVM, Doctorem Doctorum (cum Kirchnero,) et MELANCHTHONEM, Praeceptorem Praeceptorum, (cum Camerario,) appellarunt. De quibus omnibus fusius dicere, mei non est instituti. Verum enim uero, de unico Michaelae VVALthero, iuniore, quaero: Num recte de eo dicatur et affirmetur, quod sit Professor Professorum? Erunt omnino, qui de Theologis glorioſis conqueſti, eo ipso, multis aliis, laudem detrahi ac derogari, qui Professorum ordini atque muneri ſunt adscripti, obicienſt. Sed, cum relatum legent, non una eademque laude Theologos donis ac meritis clarissimos, condecorari ac celebrari itemque adſici, non renuent concedere, quod iure is grauis ſit, praecipuamque praefantiae laudem ac dignitatem principatus mereatur, cuius de eruditione omnium ſit conſentiens fama. Nihil enim decedit aliorum honori, qui illo ſe di- gnos gerunt, ſi unus alteri praefertur. Sic nostri, ple- rumque Beatum D. Gerbadum, Archi-Theologum, cum B. D. Hoeo, nominare ſolent. Quis caeteros propterea, laude ſua defraudandos dixerit? Hinc in VVALthero, cum uaria admiremur, non ſane erit, ut aliquis ideo nos reprehendat. Professor utique fuit Professorum, i. e. tanta eruditione, tantoque dono perspicuitatis facundiaeque in proponendo excelluit, quanto in aliis maior haberi non potuit. Quapropter etiam cæteros Professo- res omni modo ſuperauit, maxime ſuo tempore. Nam de iſto iam praecipue fermo eſt, quamuis etiamnum in locis quibusdam deſideretur. Multa uero ſunt, quibus VVALtherus, præ aliis, excelluit. Omnibus enim, qui eum audiuerunt, creditum planeque peruaſum fuit, (ut ex B. D. Neumannii, B. D. Gleibii, ac B. D. Hausenii in pri- mis, testimonij, conſtat,) eius Doctoris ſimilem multis temporibus, nec in philosophia uniuersa, nec in ſolida

B


Theo-

Theologia, toto terrarum orbe paxisse, eiusque suisse admirationem tantam, ut obuiam procedentem unusquisque uel eminus, haberet reuerenter, nec sine cultus singularis significatione intueretur. Loquor maxime cum Cl. Viro, Dn. M. Schoenbachio, Amico meo aestimatissimo, de uita Neumanni differente, p. 17. 18. Ego ipse, (quoniam mihi datum est, uaria eius Collegia colligere et inspicere,) semper obflupetere soleo, quoties melliflua, diuinaque uerba aucthesauros rerum profundissimos, quibus scatent, consideratus perpendo. Requiras a Theologo quicquid uelis, et a Professore Theologie, quaecunque ames ac desideres; Omnia sane et singula in boce optimi uini uase plane aureo, confluxisse deprehendes, si unicum saltem scriptum huius uiri perlustrabis. Quae enim in Scaligerio, quae in Casaubono, quae in Salmasio; porro: quae in Chemnitio, quae in W. Lyffero, quae in Hunniis, quae in Calouio atque in aliis, quondam triumphasse dona eruditionis, cum Philosophicae et Historicae, tum theologiae polemicaeque, concedis, ista, ad unum omnia, manus Dei admiranda, huic Viro largissime benignissimeque concederat. In specie, ut aliquid afferam, dicendus est, SVI TEMPORIS BASILIVS, ut uult Neumannus, RABANVS MAVRVS ut indicat Wernsdorffius, et HENRICVS DE GANDAVO, ut concedit Quenstedius. Nam haec tria lumina, pia Antiquitas PROFESSORES OPTIMOS DOCTISSIMOS, SOLENNES atque UNIVERSALES dixit, ut quiuis rerum peritus tecum fatetur. Conf. D. Quenstedii Dialogum, in Praefat. et opere. Illustris Vir, ac Theologus ὡρθοδόξων, (cuius zelum et moderationem, candorem et prudentiam eruditionemque debitum laudibus efferre nequeo,) Thomas Crenius, Waltberum hunc iuniorem iis accenseret Theologis, qui prae caeteris perbene loqui latine

tine uisi finit, in Commentat. Philol. et Histor. pr. 2. p. 188. Nec ego errabo, si in isto, non tam *flumen dicendi*, quam *orthodoxiam et prudentiam*, cum admiratione quadam, honore dignam puto. *Ipse*, quondam, *Elector Brandenburgensis*, **FRIEDERICVS GVLIELMVS**, cognomine **MAGNVS**, *lumen orbis illud Serenissimum*, cuius *splendor*, in factis *praeclarissimis etiamnum lucet*, *Waltheri prudentiam collaudasse fertur*. Et hac etiam, *egregie prae-ditus erat noster*, quicquid enim *B. D. Fechtius*, in Apparatu, quicquid *D. Saldenus*, in *Otis*, quid tandem *D. Foertschius*, *D. Carporouius*, alter ille *Chrysostomus*, *D. Deylingius*, *Vedelius*, et alii, in disputationibus ac scriptis suis, *de Prudentia Theologica et Ecclesiastica*, litteris consignarunt, id omne in *Walthero* fuit conspicuum. Vellem ego uehementer, ut ne tempus me desiceret, plura eius rei documenta in medium allaturus essem. Sed, abrumpere cogor, non nisi symbolum *B.* Viri additurus, quod hoc fuit: *Neruz atque artus sapientiae sunt non temere credere*. Iam ad *TE, VIR PRAESTANTISSIME*, iterum mea fese ueritallatio-nio. Nostri probe, quam impense *TE amem*, et quam pie *TE suspiciam*. Patere igitur et permitte benigne, ut ore, tribus saltē, uerbis, exprimere debeam, quae sentiam, uelim et optem. *Vocatus es, diuinis Regiisque auspiciis*, ad *Professoris Theologiae munus suspiciendum*, in Academia illa *Vitembergensi* celeberrima. Quam graue vero, quam arduum, quamque periculosum illud sit, nostris in primis temporibus, experientia quotidie clare satis docet. Et qui *B. VVeickmannum*, in uitae suae cur-su, *B. Schurzfeischium*, in Epistolis Arcanis, p. 388. et 389. itemque *Saldenum*, in *Otiorum dedicatione*, audire non recusat, nobiscum haud difficulter consentier. Hinc ex infu-cato amoris affectu, precibus ad Deum fusis, coram Ec-clesiae

clesiae facie, sincere opto, ut de Spiritu isto VV AL THERI,
qui TIBI ad ueritatis proponendas defendasque, et omnis
generis aduersitates sustinendas, opus est, duae partes su-
per TE sint, utque Deus, et illa dona, quibus hic Theolo-
gus inclaruit, et istum honorem, quo exceptus fuit, TIBI
concedat et largiatur, ac TVIS laboribus et conatibus
perpetuo adsit, TEque TVOSque ad seros usque annos,
saluos et incolumes conseruet, itemque contra omnes ho-
stium insultus, fortissime tueatur, et ab illorum impetu
paterne uindicet! Corona illa studiosorum, qui sacris ope-
rantur, magna cum animi uoluptate, TE excipiet, TE
in oculis feret, TE diligentissime audiet. Macte igit
tur haec uirtute, et, nullo non tempore, Ecclesiae Patriae-
que emolumentum promoue. Quo aegrius Lipsenses TE
amiserunt, eo lubentius Vitembergenes TE, et in gremiu-
m suum suscipient, et ulnis suis manibusque gestabunt.
Gratulor TIBI hoc honoris felicitatisque genus, gaudeo
super TE, et appludo. Fauxit Deus, ut omnia TIBI
prospere procedant. Me uero porro amare,
ne desiste.

S. D. G.



Ye 3447





Sb.

VDA7

03, 2001 Bd.







22

DE
PROFESSORE PROFESSORVM
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
BREVIS EPISTOLA
QVA
VIR O
SVMME VENERABILI, AMPLISSIMO, GRAVISSIMO
EXCELLENTISSIMOQUE DOMINO
DOMINO
CAROLO
GOTTLOB
HOFMANNO

S. TH. DOCTORI, ET ECCLESIASTAE APVD LIPSIENSES
CELEBERRIMO PRAESTANTISSIMOQUE
DE PROFESSIONE ORDINARIA IN FACVLTATE
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS THEOLOGICA ET EPHORIA
ALVMNORVM REGIO - ELECTORALIVM
SECVNDA CLEMENTISSIME

NVPER DATA
SVBMSSE GRATVLATVR
BENIAMINVS BILERVS
ECCL. SVINIZENS. PAST. ET EPHOR. IESN. ADIVNCT.
EX OFFICINA SCHEFFLERIANA.